autē dixit captiuam captiuitatē. Xp̄i enim uictoria
libertatiſ ē. quae omneſ gratiae uindicauit. Nullum
aſtrinxit iniurię. Ergo in omnium abſolutione
nemo captiuuſ ē. Et quia dominicę tempore paſſio
niſ ſola feriebatur iniuria. quae captiuoſ omneſ ami
ſerat quoſ tenebat. In ſe recurrenſ. captiua facta ē ipſa
captiuitaſ. Iam non belial addicta ſed xp̄o. Cui ſeruire
libertaſ ē. Qui enim in dn̄o uocatuſ ē ſeruuſ. libertuſ ē
dn̄i. Sed ut ad propoſita reuertamur. Omneſ in
quit declinauerunt ſimul. inutileſ facti ſunt. Non eſt
qui faciat bonum non eſt uſq; ad unum. Si excipiunt
ſp̄m ſc̄m. etiam ipſi eum non eē inter omnia confitent̄.
Si non excipiunt. ergo et ipſum inter omneſ declinaſ
ſe fateantur. Sed uideamuſ. utrum bonitatē habe
at. cum fonſ ſit principiumq; bonitatiſ. Nam ſicut pa
ter bonitatē habet. et filiuſ habet. ita etiam bonitatē
habet ſp̄ſ ſc̄ſ. Quod etiam apoſtoluſ docuit dicenſ.
fructuſ aū ſp̄ſ ē. pax. caritaſ. gaudium. patientia. bo
nitaſ. Quiſ aū dubitet quod bonuſ ſit. cuiuſ fructuſ ē
bonitaſ. Arbor enim bona. bonoſ fructuſ facit. Itaq;
ſi bonuſ dſ. quomodo non bonuſ. qui oriſ ē eiuſ ſp̄ſ. Qui